


quibus appensa sunt, & hæc rursus ex majoribus, usq; dum ad viscus vicinum sit perventum. Vasa igitur hæc cum trahant ex ramo splenico; ramus autem splenicus hepar non attingat, sed splenem: trahent potius ex splene, quam ex hepate.

Hinc ita infero, si lien ad alias partes amandat bonum sanguinem: utiq; & ipse fruitur bono sanguine, non excrementoso, aut, quod pejus est, excremento. Nec est, quod familiaritatem aliquis mihi occinat. Nego enim & pernego, ullam partem alendam habere familiaritatem cum malo sanguine.

Ex his licet judicare Averrois 2. Coll. 9. verba. Et videtur inquit, longinquum, ut sint duo hepata: quia non apparent venæ missæ ex eo (liene) ad aliud membrum: Iam enim ex Gal. non unum, sed quinque numeravi, sufficiunt autem hæc ni fallor, ut dici possit hepar, si omninò urges hoc.



*De Lienis excremento in genere.*

CAP. XIII.

**S**I rectè constitutum est ab Arist. Illam quæ in hepate & liene fit, elaborationem, pro unâ esse habendam: videndum est, ne elaboratio-

ratio-